

Hoc modo etiam paratur, quod Chyrturgi spatrapum vocant, cuius compositio talis est:

24. Farina volatilis, thuris, masticis, boli arm. picis,
an. 3. ii.

adipis aut seu arietini, cerae alb. an. ff. 3.
cera & seu liquatis, reliqua addantur & tela
sepius immergatur, cuius usus est in
fracturis.

Paratur etiam ad modicè refrigerandum & ex-
iccandum hoc modo:

24. Olei communis ff. 3.
ceruss quart. j.
lythargyr aur. an. 3 j.
myrrha, 3. 3.
camphora 3 i. misce.

De Cataplasmatis.

C A P. XLIX.

CAtaplasma medicamentum est molle, & consisten-
tia mediocre, quod repellendo, concoquendo, digeren-
do, resoluendo, laxando, vacuando, detergendo, calfaci-
endo, siccando, refrigerando, dolorique sedando adhi-
betur. Quare variæ sunt cataplasmatum vires, va-
riique usus, cum non solum ex materia valde di-
uersa componi, sed etiā partibus variis admoueri
possint. Et licet apud antiquos magna & ex parte ex ^a Oribas. pp
melle & resina, terebinthina, aut ex utrisque prius coll. 24.
coctis, fuerit confectū, cui medicamenta vel sicca
inspergebātur, nec præterea coquebātur, vel inco-
cta essent: sēpissime vero & ex pane, oleo & farina,